

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia ab
cum fonte primo

	→	Ipsa namque <u>uitiorum regina superbia</u> cum deuictum plene cor ceperit, mox illud septem principalibus uitiiis, quasi quibusdam suis ducibus deuastandum tradit. Quos uidelicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dubio importunae uitiorum multitudines oriuntur. Quod melius ostendimus, si ipsos duces atque exercitum specialiter, ut possumus, enumerando proferamus. <u>Radix quippe cuncti mali</u>
Radix quippe cuncti mali et regina omnium uiciorum superbia est de qua scriptura attestante dicitur: Inicium omnis peccati superbia.	←	<u>superbia est, de qua, scriptura attestante, dicitur: <i>Initium omnis peccati superbia</i> (Eccli. 10:15). Primae autem eius soboles, <u>septem</u> nimirum <u>principalia uitia, de hac uirulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, uentris ingluuies, luxuria. Nam quia his septem superbiae uitiiis nos captos dyabolus tenuit, idcirco redemptor noster ad spirituale liberationis bellum septiformis gratiae plenus uenit.</u></u>
Septem principalia uicia de superbie uirulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, uentris ingluuies et luxuria. Nam quia hiis septem superbie uiciis nos captos dyabolus tenuit, idcirco redemptor noster ad spirituale liberationis bellum septiformis gratiae plenus uenit.		
Gregorius libro XXXI. moralium.		Gregorius Magnus, <i>Moralia in Iob</i> , 31, 45 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1610, ll.7-21).